

*Henningus Iohannis, a priest from the diocese of Turku, once chaplain in the church of Lappee (Lappvesi), explains that he and the parish priest's servant once had an argument. This servant had armed himself one night and followed Henningus and waited for him. When he could not get hold of Henningus, he found one of his servants the following day and hit him instead. When Henningus asked him why he had done this, the servant answered him in insulting words and grasped a mace with the intention of hitting Henningus. Some bystanders, however, stopped him, and he dropped the mace but took hold of his crossbow. Again, the bystanders stopped him from attacking Henningus and took the crossbow away from him. Other weapons were shown on all sides. Then Henningus fled to a house, but he could not open the doors. He then ran towards his carriage, where he found an axe that he could defend himself with. But his enemy came running and took an axe from another carriage, ran towards the Henningus with the intention of hurting and killing him. He then raised the axe and tried to hit him. Fearing his own death, and with no other way to escape, Henningus met the blow from his attacker with an axe-blow on his head. A few days later, this servant died. The regent Julianus, bishop of Bertinoro, refers the case to (the auditor) Franciscus Brevius for inspection, and commissions the diocesan bishop to declare Henningus innocent and not irregular or disqualified, on condition that it can be established that he acted in self-defence.*

Heningus Iohannis quondam cappellanus in ecclesia Lappewesi presbyter Aboensis diocesis *exponit*, quod, cum olim quedam inter ipsum exponentem et quendam familiarem plebani dicti loci rixe et contentiones arte fuissent, dictus familiaris exponentem deinde odio  
 5 prosequens malitioso quadam nocte eundem exponentem armatus expectasset eumque minime apprehendisset, quendam exponentis familiarem iuvenem die sequenti comperuit, quem verberavit. Quod dum exponens prefatus sensisset, prefatum verberatorem, quare talia machinaretur, inquisisset. Qui verbis mox iniuriosis oratori exhibens  
 10 arreptaque quadam fuste costis ferreis clavis circumsepta, quo exponentem percutere nitebatur, per astantes tamen illic impeditus fustem prefatam dimisit et quendam balistam sive arcum ipsius arripuit, quibus exponentem offendisset, nisi iterum per astantes impeditus fuisset, qui balistam prefatam e manibus vi receperunt. Qua deinde recepta alia  
 15 hincinde arma invasoria perlustrabantur. Interea vero exponens versus quendam domum fugam vertisset, cuius portas aperire non potuit. Ad quoddam vehiculum suum in domo plebani prefati paulo ante transvectum cucurrit, super quo quondam securim, qua se defenderet,

43:331r

---

332 Anno secundo domini Alexandri pape sexti *in marg. sup. fol. 331r*; Rome apud Sanctum Petrum *in marg. sup. fol. 331v*; Rome v Idus Iulii *in marg. sin. fol. 331r*; Aboensis diocesis *in marg. dext. fol. 331r*. | 332,1 Heningus] *i. e.* Henningus | Iohannis] Iohannes *cod. (fort. recte)* | 6 eumque] eunque *cod.* | 13 nisi + per *ante corr. cod.* | 15 perlustrabantur] perlustrabatur *cod.* | 18 qua] quo *cod.*

reperiret. Et cum sic inter duo vehicula gratia querendi securim consti-  
tutus esset, dictus adversarius alterum vehiculum celeriter accurrens, ex  
quo securim extraxit et in oratorem irruit eumque animo offendere et  
occidere proposuisset securimque erexit et exponentem percutere  
nitebatur. Exponens vero videns se absque enormi lesione evadere non  
posse mortisque periculum imminere ictum dicti inuasoris reparavit  
eumque exinde securi in capite percussit et vulneravit. Ex quibus  
deinde paucis diebus effluxis, sicut Domino placuit, expiravit. Cum  
autem, pater sancte, dictus exponens in morte dicti inuasoris aliter,  
quam ut premittitur, culpabilis non fuerit nec aliter mortem evadere  
sperabat de eiusque morte ab intimis doluerit, prout dolet de presenti,  
cupiatque in suis ordinibus perpetuo Domino famulari, a nonnullis  
tamen simplicibus et iurisignaris ac ipsius exponentis forsan emulis  
asseritur ipsum propter premissa homicidii reatum incurrisse et  
propterea in ordinibus prefatis ministrare non posse. Ad ora igitur  
talium et aliarum sibi super hoc forsan in futurum obloqui volentium  
emulorum obstruenda / supplicatur sanctitati vestre pro parte dicti  
exponentis, quatenus ipsum propter premissa nullum homicidii reatum  
incurrisse nullamque irregularitatis maculam sive inhabilitatis notam  
contraxisse sed premissis non obstantibus in suis susceptis ordinibus  
ministrare ac quecumque beneficia ecclesiastica per eum forsan obtenta  
et in futurum forsan canonice conferenda recipere et retinere libere et  
licite posse declarari mandare dignemini in forma. Fiat ut infra. Iulianus  
episcopus Brethonoriensis regens. Videat eam dominus Franciscus  
Brevius. Iulianus. Comittatur ordinario, ut, si vocatis vocandis sibi  
constiterit de assertis, et quod supplicans ad sui necessariam deffensionem  
et cum moderamine inculpate tutele percusserit, declaret, ut  
petitur.

---

332,26 expiravit] *i. e.* exspiravit | 34 obloqui] obliqui *cod.* | 42 Videat...Iulianus] *in sin. parte pag.* | 43 Comittatur...46 petitur (*i. e.* committatur ...)] *in dext. parte pag.* | 44 deffensionem] *i. e.* defensionem